Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



vendiderit se ei · aut cuiqm de
stirpe eius · post venditionem poterit
redimi · Sicut voluerit ex fratri
bus suis redimet eum et patruus
et patruelis · et consanguineus et
affinis · Sin autem et ipse potuerit
redimet se · supputatis diebus ex
annis a tempore venditionis suae us
que in annum iubilaeum · et pecunia
qua venditus fuerat iuxta anno
rum numerum et tempora mercenarii supputata · Si plures fuerint
anni qui remanent usque ad iubi
laeum secundum hos reddet et pretium
Si pauci · ponet rationem cum eo ·
iuxta annorum numerum · et reddet
emptori quod reliquum est · annorum
scilicet quibus ante seruiuit mercedibus imputatis · Non affligetur
eum violenter in conspectu tuo · Quod
si haec redimi non potuerit · anno
iubileo egredietur cum liberis suis
Ego enim sum seruus filius israel · quos
eduxi de terra egypti · Ego dominus
deus vester · Vt

Psalm xcvi

Non facietis vobis idolum
et sculptile · nec titulos
erigetis nec insignem lapi
dem ponetis in terra vestra ·
Vt adoretis eum · Ego enim sum dominus
deus vester · Custodite sabbata mea
et timete ad sanctuarium meum · Ego
dominus · Si in praeceptis meis ambula
ueritis · et mandata mea custodi
tis et feceritis ea · dabo vobis
pluuias temporibus suis · Et terra gen
net germen suum et pomis arbo
res replebuntur · Apprehendet mes
sium tempora vindemiam et vin
demia occupabit sementem · et
comedetis panem vestrum in satiet
tate · et absque timore habitabi
tis in terra vestra · Dabo pacem in
finibus vestris · dormietis et non
erit qui exterreat · auferam
malas bestias et gladius non
transibit fines vestros · Perseque
mini inimicos vestros et corruent
coram vobis · Persequentur quinque
de vestris centum alienos · et centum
de vobis decem milia · Cadent inimici vestri gladio in conspectu ve
stro · Respiciam vos et crescere fa
ciam · multiplicabimini · et firma
bo pactum meum vobiscum · Comede
tis vetustissima veterum · et ve
tera novis supperimentibus pro
icietis · Ponam tabernaculum me
um in medio vestri · et non abi
ciet vos anima mea · Ambulabo
inter vos et ero vester deus · vos
quoque eritis populus meus · Ego
dominus deus vester · qui eduxi
vos de terra egypti · ne seruiretis eis · et qui confregi cathenas cervicum vestarum ut incederetis erecti · Quod si non audie
tis me · nec feceritis omnia mandata mea · si spreueritis leges
meas et iudicia mea contempseritis · ut non faciatis ea quae a
me constituta sunt · et ad irritum perducatis pactum meum · ego quoque
haec faciam vobis · Scrutabo vos in
iram in egestate et ardore · qui con
ficiat oculos vestros · et consumat
animas vestras · seritis sementem
inanem · quam devorabit inimicus · Ponam faciem meam contra
vos · et corruetis coram hostibus ve
stris · et subiacebunt his qui odi
unt vos · fugietis nemine persequente · Si autem nec sic obedie
tis mihi · addam correptiones ve
stras septuplum propter peccata vestra
et conteram superbiam durae ceruicis
Dabo quoque vobis caelum desuper · sicut ferrum · et terram aeneam · Consumetur
frustra labor vester · non proferet terra